Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habitura · quod qem quale sit · etiam m
bestijs quibusdam animaduerti potest
que ex se natos ita amant ad quoddam
tempus · et ab eis ita amantur · ut fac
le earum sensus appareat · quod in ho
mine multo est euidentius primum
ex ea caritate · que inter natos est & pa
rentes · que dirimi nisi detestabili sce
lere non potest · Deinde tum similis
sensus extiterit amoris · si aliquem
nacti sumus · cuius cum moribus et
natura congruamus · quod in eo ho
mine quasi lumen aliquod probita
tis & uirtutis prospicere uideamur
Nichil enim est uirtute amabilius ni
chilq; magis alliciat ad diligendum
Quippe cum propter uirtutem et pro
bitatem · etiam eos quos nunq; uidi
mus quodamodo diligamus · Quis est
enim q. C. Fabricij · M. Curij · non cum
caritate aliqua & benuolentia meno
riam usurpet · quos nunq; uiderit ?